

cupare volui. Scio enim, quam beneuolo & heroico affectu illa ab ineunte etate liberalium artium cultores, & inter hos me vel minimum, profecuta fuerit, & etiamnum prosequatur. Nec me latet, quam grata & accepta habeat Musarum dona, quæ à literatis ipsi offeruntur.

Spero igitur, eandem quoque hoc leuissimum munusculum meum, quod in Illustri ScholaSteinfurtēsi ab Illustri & Generosissimo Heroe, ac Comite Bentheimensi, Dn. Arnolde, auunculo tuo piæ beatæque memoriæ, fundata, à me est confectum, & ad declarandum testificandumque meam erga ipsam obseruantiam destinatum, non auerso; sed benigno vultu & animo excepturam esse. Oro autem æternum & præpotentem Deum omnis boni auctorem, vt J. T. G. cum coniuge & sobole Illustri & Generosissima quam diutissime saluam & sospitem conseruet ac tueatur, omniaque consilia ipsius & actiones

secun-